



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

In venditione requiritur res & pretium, num. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

tionis, quando cæteris jam positis de- videntibus merces, non ergo ea debet terminatur pretium. Contra vero accidit, quando pretium est determinatum, sed venditio est conditionata: tunc enim (adveniente conditione) gabella debebitur gabellario, qui fuit, quando facta est venditio, licet propter conditionem fuerit imperfecta. Ratio est, quia, ut dictum est modo, venditio conditionata retrotrahitur &c. lege Molinam<sup>e</sup>, qui excipit venditionem potestatiuam. Quando autem sit venditio, pretio iam statuto, sed res aut pretium dantur postea, debebitur gabella gabellario, qui erat, quando fuit celebrata venditio, quia tunc perfectus fuit, ut numero et diximus, contractus, quoad substantiam. Quando denique supervenit gabella, semper pari modo videndum est tempus, in quo perfecta fuit venditio, siue in se, siue per retrotractionem, & gabellario illius temporis erit gabella solvenda.

*e Mol. t. 2. d. 337.*

*f. Gabellam impositam proveniente, non intelligi impositam pro alio, quamvis simili contractu, mox n. sequenti dicam.*

In venditione requiritur res & pre-  
tium.

*g. 7. Dictum est quartò (re, & pre-  
tio) nam si res detur pro re, merx pro  
merce, erit permutatio, non venditio;  
si pretium seu pecunia, pro pecunia,  
erit cambium. Id diligenter adver-  
tore oportet, nam, cum iij sint diversi  
essentialiter contractus, diversos pari-  
mentum effectus; v. g. posita est gabella  
bus, nullis possessionibus frui potest,*

venditibus permutantibus, nec cambiantibus. Quod si (ut accidit non raro) intercedat utrumque, ut si domum permutes cum prædio minoris valoris, & excessum solvas in pecunia, si pecunia sit minor pars pretij, erit permutatio, nec debebitur gabella; si maior, erit venditio, & gabella debebitur, quia accessorium sequitur principale. Quod si æquales sint, vel quasi æqua-les, tunc, cum partim sit venditio, partim permutatio, nec adsit ratio, cur una alteram in sui proprietatem trahat, pro rata venditionis, & non amplius, ga- bellam solvendam esse, fert sententia f probabilior. Si denique fiant duæ venditiones, ut si domum vendas mihi pecunia credita, & deinde ego tibi prædium vendam, compensando pecuniam, quam tibi ex donio vendita debo, duæ erunt gabellæ solvenda, & quidem altera gabellario, qui foris est tempore venditionis prædicti, ut ex di- citis constare poterit.

*f Mol. t. 2. d. 336. n. 6.*

Duorum casuum huc incidentium resolu-  
tio,

Primus casus.

De permutatione fructuum hortuli domus  
professa Societ. Iesu.

*h. 8. Ex predicta essentiali differen-  
tia venditionis & permutationis, vi-  
deamus, an solvi duæ quæstiones pos-  
sint? primita sic proponitur. Domus  
professa Societatis I E s u nullis rediti-  
bus, nullis possessionibus frui potest,  
Quod*